



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Iacobvs Venetvs. 31. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

bus provenit regnum calorum, nec otio desidiaq;
torpentibus beatitudo aternitatis ingeritur: sed
quia si compatimur, conglorificabimur, illa nobis
currenda est via, quam ipse Dominus se esse testa-
tus est. S. Leo serm. 5. de Epiph.

B. IACOBVS VENETVS. 31. Maij.

Quid matrem crepas pueritia, quid patrem,
scopulos sapè filiorum? Si cælo digna es,
nunquam orba eris, cælum te adoptabit. Ecce IACOBVS
cum patre matrem puer amisit. At avia
ejus, lectissima matrona, matrem illi dulciorem
MARIAM ostendit, cujus si horarias preces tantis-
sper recitaret (& tempus desinebat) præmia cupi-
do pollicita est: quæ etsi illa non persolvit, per-
rexit tamen IACOBVS officium suum facere, &
horas Marianas quotidie deerrere. Ita filius MA-
RIÆ in D. Dominici familiã patrem etiam IESVM
hivenerit, cujus uti nuper MARIÆ, nomen ita ani-
mo infixum gestabat, uti tunc oblivisci horum
posse videretur, si patris & matris posset. Ex Divis
præterea præcipuã veneratione colebat Ascidium,
& Victorium MM. quorum officium dum ad
XVII. Novemb. in horro recitat, vernum præ-
mium rosam recentem abstulit, anniversarium
postea, quemadmodum ajunt, miraculum. Romæ
quoque D. Sebastiani porta clausa aliis, pietati IACOBVS
ultrò patuit. Linguæ petulantiam si quis-
quam alius, ille odit. Itaque illud Augustini ex eo
crebrò audivisses, *Felix lingua, qua non novit, nisi
de divinis texere sermonem.* Obiit anno M. CCC.
XIV. cùm carcinoinate IV. annos laborans egre-
gia patientiæ documenta edidisset, certus ante de-
fatus, & hora fati, Reliquit post se, præter binos mor-
tuos

31. Maij. VITA SANCTORVM. 271
tuos in vitam reductos, alia CCC. XXXVIII. mi-
racula, familiarem Divis hereditatem. Ex Bzovio,
14. tom. Annal. Eccl.

Securum jam habet homo accessum ad Deum,
ubi mediatorem causa sua Filium habet ante Pa-
trem, & ante Filium Matrem. Christus Patri
ostendit latus & vulnera, Maria Christo pectus
& ubera: nec potest esse repulsa, ubi concurrunt &
orante omni lingua disertius hac clementia mo-
numenta, & charitatis insignia. B. Arn. Cat.
L. de B. M. V.



IV